

ad xxii. Et quia dimidiū est ad dimidiū vt totū ad totum per p<sup>o</sup>positionem xv. eiusdem libri quinti elementorū. Partes eodem modo multiplicium eādē rationē habent sumptæ adinuicē. igitur etiam ratio ipsi<sup>o</sup> quadrati a b c. ad aream inscripti circuli d e f. est vt xiiii. ad xi. Omnis igitur quadratus ad inscriptū sibi circulum prope rationē habet quam xiiii. ad xi. quod oportuit demonstrare.

¶ Appendix octaua.

Datum solidum parallelepipedum in cylindrum eiusdem altitudinis trāssformare.

Esto itaq; datū solidum parallelepipedum a. cui oportet sub eodē fastigio æquum cylindrum formare. Ipsius itaq; a. solidi basim potens recta linea per xiiii. p<sup>o</sup>positionē li. ii. elemē. sit b. Et b. sit ad c. vt xi. ad xiiii. atq; per p<sup>o</sup>positionē xiii. li. vi. elemē. Eu. ipsarum b c. media p<sup>o</sup>portionalis sit d. Dico q; cylindrus cuius basis circulus habens dimetiētem æqualem ipsi d. fastigiū vero equale altitudini dati solidi a. æqualis existit eidem dato a. solido. Et quia ex hypothesi tres rectæ lineæ b d c. sunt cōtinue p<sup>o</sup>portionales, & extremarum b c. ratio est vt xi. ad xiiii. igitur per corolariū p<sup>o</sup>positionis xix. li. vi. elemen. quadratus ipsius b. ad ipsius d. quadratum est vt b. ad c. id est vt xi. ad xiiii. At per secundā p<sup>o</sup>positionē li. xii. eorundē elementorū. vt quadratus ipsius b. ad ipsius d. quadratū. sic circulus circa diametrū b. ad circulum

